Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

videbit dnus: nec intelliget deus iacob.
Intelligite insipientes in populo: et
stulti aliquando sapite. Qui plantauit
aurem non audiet: aut qui finxit oculum
non considerat. Qui corripit gentes
non arguet: qui docet hominem scientiam.
Dnus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt.
Beatus homo quem tu erudieris dne: et de
lege tua docueris eum. Ut mitigres ei
a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet dnus plebem suam:
et hereditatem suam non derelinquet. Quo
adusque iustitia conuertatur in iudicium: et
qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malig
nantes: aut quis stabit mecum aduersus
operantes iniquitatem. Nisi quia dnus ad
iuuit me: paulominus habitasset in in
ferno anima mea. Si dicebam motus
est pes meus: misericordia tua dne adiuuabat
me. Secundum multitudinem dolorum meorum
in corde meo: consolationes tue letificauerunt
animam meam. Numquid adheret tibi sedes
iniquitatis: qui fingis laborem in precepto.